

Haec est distinctio. xij. huius quarti libri. In qua magister postquam superius determinavit de impedimento consanguinitatis. Sic determinat de impedimento affinitatis. Et tria facit. Primum enim ostendit quod affinitas matrimonium impedit contrahendum et contractum dissolvit. Secundo quaedam vitia distinguit. Tertio nomina affinitatum adiungit. Primum facit versus ibi. Hic dicendum est. Secundum versus ibi. Attendendum est etiam illud alexandri. Tertium vero versus ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima est haec. Qui infra affinitatis gradum prohibita coniunguntur: habita notitia ab invicem separantur. et eorum filij legitimi habeantur. Hanc magister insinuans proponit primo quid sit affinitas. dicens quod est parentela que ad virum et partem uxoris et ad uxorem ex parte viri pertinet. Quia enim vir et uxor una sunt caro: rationabiliter propinquitas et parentela unum efficiunt alterum: ut sit una virtusque viri et uxoris uxoris sunt in primo gradu. si uxor uxoris sunt in secundo gradu a viro. neptis vero in tertio gradu. et sic deinceps. Dicit enim quod affinitas versus ad septimum gradum generationis matrimonium impedit sicut et consanguinitas. quod auctoritatibus probatur. Postea obijcit in contrarium per auctoritates que dicuntur. quod inter affines potest coniugium contrahi in quarta et quinta generatione. Et respondet quod auctoritates sunt intelligende secundum misericordie dispensationem. potest tamen etiam dispensari in copula affinitatis versus ad tertium gradum. sicut etiam Gregorius dispensavit in quarto gradu consanguinitatis. Postea dicitur utrum affinitas maneat post transactum matrimonium. ut si mulier alicui viro copulata ad cognationem etiam pertineat versus eo defuncto matrimonium maneat vel dissolvatur. Et determinat per plures auctoritates quod maneat affinitas matrimonio transiente. quod affinitas impedit matrimonium ad predefinitos gradus ac si matrimonium permaneret. Postea dicit quod coniunctos infra predictos gradus consanguinitatis vel affinitatis ecclesia separat. Quod etiam si ignoraret in dispensatione ecclesie coniunguntur et postmodum consanguinitate probata eiusdem iudicio ecclesie separantur. versus illa copula sit et coniugium. Et respondet quod quidam dicunt quod non erant persone legitime. ideo non sunt coniugium. Excusat tamen per ignorantiam a crimine. quia bona fide et per manus ecclesie conveniunt. Quod et filij eorum legitimi habentur. Alij vero dicunt fuisse coniugium quibus non fuerit persone legitime quia canones tales coniunctiones legitimas vocant. Addit etiam quod tres vel duos ex propinquitatibus qui iuramento confirmant hoc esse quod dicitur. vel si propinquitas nota sit alterius fuerit quod affines sunt. sine mora separandi sunt. quod auctoritatibus probatur. Secunda propositio est haec. Que sit differentia inter stuprum. adulterium. incestum. et fornicationem. haec littera datur sufficientem explanationem. Hanc insinuans distinguit diversa peccata. scilicet fornicationem. stuprum. adulterium. incestum. et rapinam dicens. quod quis fornicatio sit genus omnis illiciti coitus qui sit extra uxorem. tamen specialiter intelligenda est abusus viduae iunioris vel meretricum vel concubinarum. Stuprum vero est virginis illicita delectatio. Adulterium est alieni thori violentio. Incestus vero est consanguinitatis vel affinitatis abusus. Rapinatus vero est cum puella violenter de domo patris educitur vel corrupta in uxorem habeatur. Tertia propositio est haec. Et cautius sicut coniugium ponit magister quaedam affinitatum nomina. que insinuans dicit quod frater uxoris et foror eius dicuntur cognati viri propter nominum carentiam. uxor vero fratris dicitur potius fratris: quod cognata. Frater vero mariti dicitur leuit. Quod duo fratrum iantrices vocant. quasi eandem ianuam intrantes. Foror vero viri vocatur glos. vir autem fororis non habet speciale nomen nec fororis frater. Et

dicitur notanter quaedam affinitatum nomina. quoniam nomina singularium affinitatum non sunt imposita propter occultas rerum proprietates nos latentes. sed circumloquuntur alijs nominibus. ideo necesse est unum nomen plura significare. ut inquit philosophus. Et tamen in speciali de sententia huius distinctionis.

De spiritali cognatione.

De spiritali cognatione. a. **De parentalius** dicitur XLIIII. graduum famosa questione aliquid licet minus sufficienter diximus. Ita de spiritali cognatione addamus. que etiam personas impedit ut non sint legitime ad invidas nuptias. Tria quedam sunt consanguinitas. affinitas. et spiritalis germanitas. Consanguinitas est inter eos qui coniunguntur in linea generis. Affinitas est inter eos qui genere quidem non sunt coniuncti sed mediante genere sunt sociati. Verbi gratia. Uxor filij fratris mei que non est de genere meo: pater qui est de genere meo mihi affinis facta est et ego illi. Spiritalis germanitas est inter copatrem et comatrem et inter eos quorum unus alter de sacro fonte leuauit vel in cathedrizatione aut confirmatione tenuit. Est etiam inter filios eiusdem hominis carnales et spirituales.

Qui sint filij spirituales.

Spirituales filij sunt quos de sacro fonte leuauit vel in cathedrizatione seu confirmatione tenuit. Filij etiam et filie spirituales eorum sunt qui trine personis vocabulo eos sacro baptisinate tingunt. Dicit etiam spirituales filia sacerdotis que et peccata sua confitetur. Quod Simachus papa. Omnes quos in penitentia suscipimus ita nostri spirituales sunt filij: ut et ipsi quos vel nobis suscipentibus: vel subtrine personis vocabulo mergentibus vnda baptismi regenerauit. Siluester etiam ammonet ut ad sua filia penitentialem nullus sacerdos accedat: quod scriptum est. Omnes quos in penitentia accepimus ita nostri filij sunt ut in baptismo suscipi: quorum omnium flagitiosa est commixtio. Quod autem copater et comater sibi iniunguntur: nec pater spiritalis nec mater filie vel filio spiritali: ex concilio maguntiniensi docetur. De eo quod interrogasti si aliquis filiolam suam duxerit uxorem: et de eo quod concubuit cum matre spiritali: et de eo qui filium suum baptizauit et uxorem eius de fonte suscepit: hac causa ut discidium fieret coniugium: si post italem copula post sunt permanere: sic respondendum est. Si filiolam aut comatrem suam aliquis in coniugium duxerit: separandos esse iudicamus: et graui pena plecten

Simachus papa

Siluester papa

In concilio maguntinensi.